

1517 Paganini Aquario Lodola Original

MERLINI COCAI POETAE  
MANTUANI LIBER MA  
CARONICES LI-  
BRI XVII  
NON ANTE IMPRESSI

*[P + i / P Aq. Lod. p. 1]*

*Magistri Aquarii, herbolatti in arte cristeriensi  
peritissimi ad illustrem dominum Passarinum  
comitem Scarduarum libellus de  
laudibus Merlini Cocai.*

*dudum serenissime comes adeo  
meum imbalordasti cervellum,  
ut tibi de retrovatione huius  
voluminis aliquid scriberem quod  
de memoriae cadastris quasi  
mattus caschaverim, et ne tantum mihi prebeas  
amplius impazzum, Accipe rem, non quam audivi  
sed his manibus pertocavi. Iam pridem nosti quan-  
tum ego sum in curiosando mundum diversosque  
mundi costummos sollicitus. et hoc herbolattos,  
cavatores dentium, magistros bragirorum con-  
decet. Accidit quod nos aliquanti Herbolatti na-  
vigabamus ad partes armeniae causa retrovan-  
di radices, herbas, lapides, vermiculos, et huius  
modi facendas ad conficiendam triaquam. Erantque  
inter nos super illam garauellam Magister Quin-  
tinus scaramella: Magister Salvanelus bocca  
torta: Magister Dimeldeus Zucconus, Magister Io-  
annes baricocola, Magister Buttadeus de gratta  
rognis, et ego, Magister Aquarius lodola, Sed con-  
trariante fortuna tanta nos discrepantia vento*

*[P + i v. /P Aq. Lod. p. 1]*

*rum in altum mare diversaliter acoiavit quod no-  
stra garauella se ad quandam inhabitatam et inher-  
bosam insulam tandem inzzapellavit. Nos itaque  
semivivi tanto pro sbalordimento fluctuum des-  
smontavimus in siccam littoris harenam et ali-  
quantillum repossati surreximus ad vestigandam  
insulam. Terrenus ibi sabionizzus erat, unde di-  
versos intravimus pignarum boschos, intolera-  
bilem Phoebus ibi caldum effundebat, unde con-  
stricti tanto caliditatis boimento, sub cuiusdam  
montagnae smisuratissimae cavernam adfugimus,  
Quae nimis obscura nos in aspectu solo spaven-  
tabat, tamen valorosum assummentes animum,  
deliberavimus accepta victuaria et lumine per  
illam curiosare. Facto itaque signo crucis subintra-  
vimus et caminantes caminantes caminantes sem-  
per magis ad bassum andabamus: Post caminamentum  
duorum dierum, ecce vetustas gambas, testas, variaque  
ossa diversorum animalium retrovabamus, et pau-  
lo ante spaciosum antrum cum duabus portis de brun-  
zo mire laboratis aspeximus, hic stetimus dubio  
si per unam horam si dentrum pergere debebamus:  
Tandem ad fozam pegororum unum presumtuo-  
siosem aliis sequebamur: Imus hinc inde cercan-  
tes per speluncam, vidimus maleos, martellos, te-  
nais, incudines, et haec similia valde rugimenta,  
vidimus testas, brazzos, gambas humanas, quan-*

[P + ii /P Aq. Lod. p. 2]

*to stupore afficiebamur, tu ipse puta. Ulterius procedentes ecce (mirabile dictu) marmoreas undecim adnumeravimus sepulturas, quarum magnitudinem non explicare meum est, super illas autem tabula porphidina longa et larga dependebat, in qua litteris aureis hoc Epigramma compositum et sculptum a nostro Cocai patebat.*

*Hos sculpsit tumulos Merlini dextra Cocai,  
Texit magnanimos in quibus ipse viros.*

*Hi phlegethontes coelo donante per umbras  
Lustrarunt, ac res quas retulere mihi.*

*Scriptimus haerico libros in quinque coturno:  
De baratro sensi quidquid ab ore suo.*

*His dudum fantasticatis, coepimus epigramata sepulchrorum singulatim legere, erant (ut dixi) undecim tumuli, et medius illorum erat formosior, totus de alabastro, in cuius bianchitudine talia notantur carmina.*

*Hic iaceo Baldus, qui inferni rumpere portas  
Non timui, nec me terruit una Stygis.*

*Vidi ego Cocyti fremitum, suspiria, fletus,  
Terrisonas voces, perpetuamque necem.*

*Lapsus ab inferno, placui contemnere mundum,  
Hoc ve cavernoso monte rogare deum.*

*Ad manum dextram ipsius sepulchri alter candidissimus tumulus super quattuor lapides columbas suspendebatur hoc geminum carmen premens.*

[P + ii v. /P Aq. Lod. p. 3]

*Semper apud Baldum contempto patre Rubinus  
 Vixit, et a tumulo non procul esse tulit.  
 Ad sinistram autem aliud marmoreum virgulatum cerni  
 mus sepulchrum, ubi tale legebatur disticon:  
 Perversus vixi Cingar, sed lapsus ad orcum  
 Fleui, nec pietas defuit alta mihi.  
 Apud Rubini sepulchrum talis quoque versus su  
 per niveum monumentum scribebatur.  
 Captus ab egregio Baldi Philotheus amore,  
 Infernum vidit, nunc tenet astra iugi.  
 Post hec legimus apud Cingaris lapidem tales  
 anotatos versus in quodam sepulchro reliq[uo]s diffe  
 renti, erat enim plus altum quam longum.  
 Si mihi dimidium corpus canis extitit, hoc non  
 Falchettus potuit displicuisse deo.  
 QUapropter inteleximus per illam versificationem hunc  
 Falchettum habuisse formam semicaninam, apud quem  
 aliud niveum saxum, hoc carmine vidimus scriptum.  
 Nobilis Hircanus iacet hic, non cognitus orbi,  
 Cui nutrix mater Cingaris ipsa fuit.  
 Apud hanc Hircani sepulturam talis quoque su  
 per album saxum disticus erat.  
 Parvulus ut Baldo vixi, iuvenisque senexque  
 Moschinus sine quo me lapis hic nec habet.  
 Non procul ab ipso monumentum sublime funda[ba]  
 tur hoc signatum distico.  
 Hic Virmazze lates, Centaurus q[ui] licet esses*

[P + iii / P Aq. Lod. p. 4]

*Non tamen humana mente carere potes.  
Ad aliam partem apud sepulchrum Philothei sic  
in marmore scriptum erat.  
Ecce ego Lironus subiens Acheronta, Pyratae  
Flens vidi poenam quae mihi danda fuit.  
In alio quoque saxo ad modum centenari sculpito  
hanc prosam admirati sumus.  
Nec in coelo gratia,       Nec in inferno pena  
datur buffonis, hic ergo vivam Bocalus.  
Obstupefacti pro tali epigramate, deliberavimus  
evolvere lapidem ab ostio sepulture huius, quo  
facto, ecce videmus hominem macilentum, bar-  
batum usque ad summitates pedum, et cum gallis, bechi-  
ris, nonnullisque bagatellis ludebat, quid, inquit, me in-  
festatis? ad quem nos, quis es tu? sum qui fui, sed ero qui  
non eram, si vos dabitis quod non dedistis. Nos verbum  
aenigmatatum admirati rispondemus, dic clarius,  
Ille suspirans dixit, nulla gratia datur in coelo bu-  
fonis, nec ulla pena inferno, bufonus fui, i[mm]o coe-  
lum et infernus dedignantur me suscipere, in vobis autem  
hoc pendet arbitrium, si per anima mea aliquid nonum [sic] fece-  
ritis, ad coelum pergam, si malum in infernum portabor, vide  
te vos, cui nos, quid vis, bonum aut malum? et ille, quod  
naturaliter homo desiderat, et sic dicens adeo conti-  
cuit, quod ab eius numquam ore amplius potuimus  
verbum accipere, illico quodam frater Gelminus, qui nobis  
cum venerat, coepit barbottare psalmos cum req[ui]em*

[P + iii v. / P Aq. Lod. p. 5]

*aeternam, et in parvo spacio ille solutus corpore portatur ab angelis in coelo, unde nec parum didicimus intelligentes quod buffoni non habent partem et in coelo et in inferno, sed reliquorum hominum est deprecari deum pro illis.*

*Nos ulterius intuentes, ecce sepulchrum mirae magnitudinis apparuit, in cuius latere pendebat hoc Epitaphium.*

*Longus ego cubitos quadraginta: reversus ab orco  
Luciferi ad mundum cornua bina tuli.*

*In quibus ereptas quoniam duo mille ferebam*

*De poenis animas, pellor ab arce poli.*

*Ante fores coeli supplex exoro tonantem,*

*Ut mihi pro tanto crimine det veniam.*

*Iudicis at recti fuit haec sententia, tot stet*

*Annos Fracassus quot fuerant animae.*

*His diligenter animadversis quaerebamus aliquod indicium huius vatis et artificis merlini cocai, qui scripserat (ut sua testabantur carmina) quinque libros de diavolorum patria. Post lungam querositatem et investigationem quendam magnum cassonem desotteravimus, quo securibus fracto, Huius nostri laureati Cocai thesaurum atrovavimus, viz. in arte macaronica doctissima volumina, libros, librettos, libricolos, librazzos et mille alios schartafacios. Nos magis alegri quam si cressi denarios catavissemus (quia nobis philosophis magis scientia quam pecunia gradat), coepimus quadam ingorditate scartabella-*

[P + iii / P Aq. Lod. p. 6]

*re modo hunc modo illunc erat inter alia volumina quoddam ma-  
ius aliis tractans de cunctis cosis naturalibus, et  
supra celestibus, erat liber tractans quantas bata-  
ias fecit rex Carlonus franciosorum rex; erat liber  
de striis et strionibus, et hic frates dominiginos im-  
pugnabat assaium, erat liber intitulus barrichut  
alter transbaruch, alter robaiott, alter sgnirifot,  
alter scharcacol, alter cracricon, alter stritricesz  
alter argnafel: et plures alios, quod ad memoriam  
non habeo qui tractant de cosis tam subtilibus quas  
homines non decet eloqui, inter alios superdictos quin-  
que libros de inferno accepimus et in quadam cassu  
la governavimus et ipsum librum de gestis magna-  
nimi Baldi, ceteros vero libros linquentes in cap-  
sa deliberavimus illam portare ad navem, Sed aut  
deus aut belzebug non tulit hoc. Nam cum pariter  
omnes subiectis spallis illam portare sforzaremur  
tantus illico terremotus, et ventus, et petrarum in-  
cussio exorta est, quod statim confugere coepimus,  
dubitantes illam montagnam nobis ruinare adossum.  
et sic relicta capsula tandem extra cavernas exivi-  
mus, sed quia non cessabat terremotos, ingredimur na-  
vem et a littore vix discostati, statim illam insula vi-  
dimus miraculose natantem et a nostris oculis du-  
centos migliaros discostatam apud quam non ampli-  
us possibile est apropinquare, quoniam si marinari  
saltem ibi desmontare minazzant, idem terremotus cum*

[P + iiii v./P Aq. Lod. p. 7]



*tonitruis et nubium perturbatione movetur. Ego itaque prima ad p[ropriam] patriam iunctus quadam formidine non audebam illam aperire capsulam, in quam hoc idem opus Baldi, et libros de inferno posueram, tamen animatus eandem aperui, et tantum hoc volumen de gestis Baldi adinveni, nec dum bene limatum, quia ut posset credi, haec a Merlino cocchio prima fuit copia, libros autem de inferno non inveni, quos aut miracolose evanuisse, aut aliquem robasse valde suspicor, et forsitan ad lucem in processu temporis videbuntur. En igitur Serenis. P. tibi modum Inventionis huius voluminis enarravi, nec me somniasse puta, quoniam multos possum adducere testes, maxime predictos Herbolatos infantasticabile vero sentimentum nostri poetae in hoc lib. vii. iam pene menses adeo sforzatus sum crevelare quod ingenium quasi (ut ait) de birlo cecidit. Singula tamen ad ultimum taccacissime brancavi: tantam philosophiae, astronomiae, cosmographiae, spernazacionem admiratus ut Pythagoram, Plato, quam pluresque philosophos reputaverim nientum. Praeterea grandi loquacitatem sermonisque grassitudinem masticans Cice. Virgilioque incagare praesumo. Nonne quandam altezam granditudinem ve renidet illud carmen: Raspantes ne queunt in stroppam stare cavalli? et in alio loco Martinulosque rotant curvas flectendo balestras, Dantque focum sgioppis tuf taf sborrante balotta? Quid in comparationibus laudatur Lucanus? ecce*

*[P + v /P Aq. Lod. p. 8]*

*Noster Merlinus cocaius quid de Baldo scribit.  
Cum quali furia taurus sub amore vedellae  
Millibus a canibus quando assaltatur in agro,  
Nunc pedibus ferrat, nunc illos cornibus urtat,  
Et spargens sabiam magnos trat in aere calces  
Oreque spummoso coelum mugitibus implet.  
Talis erat Baldus etc. et in alio loco.  
Qualis cum bocca porcus Cingiarius aperta,  
Quem cazzator habet speto pungente feritum,  
It per campagnas, boschos, it per cavedagnas.  
Sanguineam spum[m]am torto cum dente biassans.  
Si descriptionem unius tempestatis maritimae quaeris,  
quid tuum rumpis cermisonem in Virg. dicente: Una Eu-  
rusque, Notusque ruunt, creberque procellis Aphricus,  
et vastos voluunt ad littora fluctus, Ecce quanto  
Merlinus noster bene cantat.  
Ecce repentinus ventorum stolus arivat,  
Borra prior, contraque illum sofiando sirocco.  
En Garbinus adest contra quem grecus amollat  
corezas grandes quibus aeth[e]ra summa rebumbant.  
Fulgure flamigero creber lampezzat olimpos,  
Atque procellosas laxat sborrare piozas.  
Si mortalitatem quaeris, quid Hora., Juve, Teren. scar-  
tabellare bisognat? En rursus noster Cocaius.  
Omnes sunt medici, sua sed medicamina spernunt,  
Omnes compagni, sed non compagna scudella.  
Sum dives, quisquam pro me vulte ponere vitam,*

[P + v v. /P Aq. Lod. p. 9]

*Sum pauper, nullus pro me vult ponere robbam.  
Si curiositatem delectabilem astronomiae dicere ve-  
lis quid tantas sphaeras mundi? quid Euclidem intelligere  
conaris? qua re in lib. x imo totum, lege quia totus astro-  
logiam sapit, videbis quanto distincte non alios imita-  
tus astrologos omnes enucleatur circulos, et hoc in  
persona Cingaris demonstratur, viz. in illa profundissima  
materia de luna, et quantum bene diffinit eius deffe-  
ctus, et crescimentum, et proprietatem, ait enim.  
Cernebam lunam maculosa fronte biancam,  
Distenebrare maris scoios, terraeque paesos.  
Hanc servant medici quando medicina malato  
Danda scit, haec faceret quandoque cagare budellas.  
O peritissimum, o eloquentissimum, poetam, ecce quod  
principium assumpsit et si comparandum est princi-  
pio virgiliano, ait enim Virgilius.  
Arma virumque cano, troiae qui primus ab oris  
Italiam fato profugus laviniaque venit  
Littora, multum ille\* terris iactatus et alto .  
Ecce quam magnificentiam noster Merlinus in prin-  
cipio ostentat.  
Fantasia mihi quaedam fantastica venit  
Historiam Baldi grossis cantare camaenis.  
Altivagam cuius famam, nomenque gaiardum  
Terra tremit, bartrumque metu se cagat adossum.  
Sed volens omnia formosa declaremus oporteret to-  
tum librum spaciatamenter legere, tu, ingeniose prin*

[P + vi /P Aq. Lod. p. 10]

*ceps, melius quam explicare velim, nosti, tedet me  
hoc nobile volumen ab illo non fuisse et revedutum  
et copitum, o quanto melius fuisset nam terra quo  
plus aratur, plus fecundat, testante colomella.  
Exierunt autem nonnulli pedagogi idioti qui iam questio-  
nem moverunt, ipsum cocaium non fuisse mantuanum, o  
grandis difficultas hoc scire, cum ipse poeta testetur  
in sexta decima macaronice, sic dicens, Nomine cocaius  
dicor de sanguine mantos, unde datur intelligi, non  
tantum ipsum fuisse mantoanum, verum est de genologia  
mulieris mantos, qui maga, dicitur aedificasse urbem,  
suo nomine dictam Mantoam, Sed ad maiorem probationem  
potest deprehendi in diversis locis, quantum bene mo-  
res et costumos eiusdem civitatis depingit, et maxime in  
primis septem libris, Hos tamen in in fronte voluminis  
huius versus anotos tunc reperi, quos scribendos  
esse iudicavimus ipse de seipso loquens ait.  
Si queris qui sim patria mantous, et annis  
Sub quibus imperii vixi, sub rege gaioffo,  
Cuius in arbitrio macaronica regna stetero,  
Si nomen, cocaius ego Merlinus apellor.  
Cocaius nomen, titulus Merlinus, in agro  
Dum mater pregnans cocaium forte botazzi  
Quaereret ammissum peperit me, nomen et istud  
Sortior, utque scias Merlini significatum,  
Quotidie ad cunas tulerat mihi merla becatam,  
Nam mea se in vino genitrix me infante negavit.  
Cocaius vocor hinc, Merlinu[or] [sic] nominor illinc.*

[P + vi v. /P Aq. Lod. p. 11]

*Inclita magnanimi Baldi cantavimus arma:  
Non stilus heroicus placuit mihi, clara poesis  
Me macaronenscis vatem manifestat in orbem.  
Silaba longa brevis propriam tenet undique normam,  
Libertate mea raro corrumpimus illos.  
Multa meo ingenio vocabula plura catavi,  
Quae sine comentis intendere quisque valebit.  
Ecce quam liquido\* suam denotat patriam, et suum intimat  
studium, nulla igitur sit altercatio inter istos igno-  
rantes, et quo tempe fuit aut sub quo imperio vixit ipse  
met testatur, quando ait sub rege Gaioffo, quis fuit iste  
rex Gaioffus, Ioannes Schannagatus in historiis su-  
is et Petrus bricola suis in supplementis describe-  
runt. In quo situ orbis regna macaronica sint, mul-  
ti sciptores dixerunt, precipue Tibertus pizzafer-  
rus et Gulielmus mangiafigus. Denotat etiam poeta  
noster fuisse de villanis parentibus, eo quod mater  
sua impregnata de se dum cercaret cocaium Botazzi  
partuivit illum et sic casus nomen fecit, cur vocetur  
Merlinus significat eo quo merla avis sibi quo-  
tidie mangiamentum ferebat in cunis, quia mater sua,  
dum esset infans, semet anegavit in tinello vini, o gran-  
dis et nunquam audita desgratia, Baldi gesta decan-  
tavit quia ut clare patet in libro, ipse poeta manto-  
us vidit et loquutus est Baldum quando ipse Bal-  
dus versabatur apud mantuam. Et bene noster  
Poeta servat Normam silabarum, nonnulli ta-  
men dicunt in hac arte Macaronica non debe-*

[P + vii /P Aq. Lod. p. 12]

*ri servare breviamenta, neque longamenta, o rudes et  
grossolani quos tanta matezza piavit. scandite mer  
lini carm. videbitis postea si norma servetur.*

*Sua tamen auctoritate licet raro corumpit silabas  
sed non omnes hanc potestatem habent. Denique splendidissime  
princeps, ne in longum protrahar, anuncio tibi quae dixi  
fuisse verissima, et sic testor coram supradictis me  
is coherbolattis. Vale memor mei ex urbe alche-  
damach,                      Magister Aquarius.*

*Hanc subsequentem aeglogam in eadem capsula retrovavi,  
quam tibi etiam mittere non renui: Iterum vale.*

*[P + vii v. /P Aq. Lod. p. 13]*